

vbi dicit. Quod vero in Sessione. 23. cap. 15. circa confessiones à regularibus non audiendas statuitur, hoc etiam dictorum Ordinis Fratres, à prefatis suis Generalibus, vel Ministeris Provincialibus ad audiendas confessiones utriusq; sexus Christi fidelium approbatos [ut præmittitur] minime comprehendat: ita ut à confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & domos, quam extra minime prohibeantur, super hoc literas scilicet recordationis Pauli Papæ. 4. etiam prædecessoris nostri, concedentes eisdem Fratribus Mendicantibus regularis observatię posse confessiones secularium personarum, etiam infirmarum, etiam extra domos, & monasteria sua, & vilibet audire, approbando & de novo concedendo.

¶ Septima conclusio. Confessarij Mendicantes [si sint viri docti & iuxta formam Concilij Tridentini approbati] possunt ex commissione Provincialis dispensare [in foro conscientie] ad petendum debitum cū his qui consanguineum vel consanguineam sui coniugis post Matrimonium carnaliter cogouerunt. Probatur ex viue vocis Oraculo, Pij. 5. factio [die. 27. Septembris anni Do-

¶ §§§§ 3 mini